UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Timotheo Scholastico. 380.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

χειρούμενος. πολλοὶ μὲν ἐκείνους νενικηκότες, ὑπὸ τούτων αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς ἑάλωσαν.

Ἐπιμάχῳ σχολαστικῷ. τοη.

Ὁ φίλος ὁ σὸς ἐν μεγίστῳ κλύδωνι πραγμάτων ἀποληφθεὶς, καὶ πᾶσαν κινήσας μηχανὴν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, ὧν ὁ χειμὼν τὴν τέχνην ἐβάπτισεν, ἐν εὐχαῖς σαλεύει. εὔχου τοίνυν καὶ αὐτὸς ὅπως κρείττων χειμῶνος γένηται.

Θεοδώρῳ σχολαστικῷ. τοθ.

Οὔτε ἀλαζόνα εἶναι χρὴ, οὔτε κόλακα. ἀλλ᾽ ἀμφοτέρων τῶν κακιῶν τούτων τὴν ἀμετρίαν κολάζοντα, ἐλευθέριον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα.

Τιμοθέῳ σχολαστικῷ. τπ.

Μάνθανε, ὦ σοφώτατε, καὶ ῥητορικώτατε, ὅπερ κινδυνεύεις, ὡς ἔοικεν, ἀγνοεῖν, ὅτι εἰ συμβαίη φίλοις πρὸς ἀλλήλους διενεχθῆναι, ἢ ἐχθροῖς οὐχ ὁμοίως διαγωνιοῦνται. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ὡς διαλλαγησόμενοι διοίσονται, οἱ δὲ ὡς ἀκήρυκτον ἕξοντες τὸν πόλεμον.

Δωροθέῳ λαμπροτάτῳ. τπα.

Ἐγὼ καὶ μετριόφρονα καλῶ καὶ μεγαλόφρονα, τὸν μέγιστα μὲν κατορθοῦντα, τῆς δὲ ἐπὶ τῷ μεγάλα πράττειν μὴ ἀντιποιούμενον δόξης, ἀλλὰ σιωπῇ κρύπτοντα τὰ πλεονεκτήματα καὶ κατὰ τῶν πέλας μὴ ἐπιφυόμενον. τῷ μὲν γὰρ πρᾶξαι μεγάλα, μεγάλως ἐφρόνησε, τῷ δὲ κρύψαι μετρίως. τῷ γὰρ μικρόφρονι τὸν μεγαλόφρονα ἀντιστατέον, καὶ οὐ τῷ ταπεινόφρονι. μικρὰ γὰρ φρονεῖ, ὁ τὰ γήινα ὀνειροπολῶν. μεγάλα δὲ, ὁ τὰ ὑπερκόσμια ζητῶν. διὸ δὴ καὶ ἀπὸ μεγάλης μὲν καὶ ὑψηλῆς διανοίας τίκτεσθαι συμβαίνειν τὴν ταπεινοφροσύνην, ἀπὸ δὲ μικρᾶς καὶ φαύλης τὴν ἀλαζονείαν.

enim illis deuictis ab iſtis fœdum ac miſerandum in modum capti ſunt.

*Epimacho Scholaſtico.* 378.

Amicus tuus in magnis negotiorũ procellis relictus, atque omni mota machina, quemadmodum naucleri, quorum artem tempeſtas demerſit, in votis ac precibus fluctuat. Quamobrem ipſe quoque vota fac, vt tempeſtate ſuperior euadat.

*Theodoro Scholaſtico.* 379.

Nec vanum & arrogantem eſſe oportet, nec adulatorem, verùm vtriuſque vitij exceſſum fugientem, liberum eſſe: ſic nempe vt nec in faſtidium & inſolẽtiam quiſpiam declinet, nec in ſeruilem quandam animi affectionem prolabatur.

*Timotheo Scholaſtico.* 380.

Diſce, ô ſapientiſſime & diſertiſſime, id quod, vt apparet, ignoras, nempe quòd ſi amicis aut inimicis, inter ſe diſſidere contingat, non eodem modo concertabunt: verùm illi quidem, vt, in mutuam gratiam redituri, contendent, hi autem, vt inexpiabile bellum habituri.

*Dorotheo clariſſimo.* 381.

Ego & modeſtum & animi magnitudine præſtantem eum voco, qui cùm maximis virtutis muneribus fungatur, non tamen ob magnas & præclaras actiones gloriam affectat, verùm virtutes ſuas ſilentio tegit, nec in proximos inſultat. Quatenus enim magna efficit, magnificè ſenſit: quatenus autem ea occultauit, modeſtè. Siquidem is, qui paruo animo eſt, magnanimum opponi debet: non autem qui ſummiſſo & humili. Exiguè enim ſentit, qui terrena inſomnij errore ſibi fingit, magnè autem & excelsè, qui ea, quæ mundo ſublimiora ſunt, quærit. Vnde etiam à magna quidem & ſublimi mente animi ſummiſſionẽ ac modeſtiam procreari con-